

1977

P O L E M I C I.

1978

DVII.

500 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. nunc 60. 4. continet Doctrinae Lutheranae Articulos XII. primo tamen demto, qui deperit, ita, ut nunc initium fit ab Art. II. de duabus in Christo Naturis ejusmodi: *Der ander artickl, von baiden naturen Im Herrn Christo. Wir glauben an Jesum Cristum einigen eingebornen, Joan. 1. vnnnd eigenen, Rom. 8. Sonne der von ewigkait aufs des vattern wesen getzeuget* &c. Articulus III. agit de Ministerio Jesu Christi, IV. de Poenitentia, V. de bonis Operibus, VI. de vero et falso Dei cultu, VII. de Sacramentis, VIII. de Ordinationibus et Ministris Ecclesiae, IX. de Simonia, X. de Cerimoniis, XI. de Matrimonio, XII. de Magistratibus. Tractatus totus Instructio videtur quibusdam petentibus data. Articulus enim de Simonia incipit: *Weil ihr von diesem artickl auch berichtet begert, will ich ihn bimit anhängen. Verum quis? quibus? In tanta ejusmodi Confessionum copia difficile est dispicere.*

DVIII.

612 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 67. 4. inscribitur *Directio*, dividiturque in III. Articulos, quorum primus de *Justificatione*, alter de *Ecclesia*, tertius de *Traditionibus humanis* tractat. Capita primi sunt: *Justificatio originalis, Peccatum ori-*

ginale, Arbitrium humanum, Justificatio reparatrix, Fides, Opera, Fiducia Operum. Capita secundi: Ecclesia vna, Potestas ecclesiae, Confessio, Caena Domini, Ritus communionis caenae Domini, Missa, Sacrificium. Capita tertii: Ordo ecclesiasticus, Coelibatus, Vota monastica, Delectus ciborum, Imagines, Festi dies. Autor e Lutheranis est, mitis tamen. Tractationis methodus, congeries Locorum S. Scripturae, iisque subjunctae Adnotationes. Orditur a loco Deut. XII. Quod praecipio tibi hoc tantum facito domino, nec addas quicquam nec minuas. &c. Ad quem notatur: Ea lex aequae christianis ac Iudeis dicta est, ut per mediam uiam ingrediantur, et directam in sensum euangelij et omnino scripturae totius sacrae, nanque ab his siue in dextram homines despectant, id est, addant ex suo sensu, siue in sinistram, id est negent, quod dicunt scripturae, par utrinque error et ratio credendorum ad licentiam perdueta &c. Pauline Scalichii, an Seb. Pfauseri? Exemplar certe alicui Austriacorum Principum oblatum.

DIX.

Codex chartaceus germ. Sec. 623 XVI. Folior. 17. 4. fine multatus inscribitur: *Klage Jesu Christi wider die vermeynten Euan-gelischen*, et incipit: *Ach wie ist menschlich geschlecht durch die sünde vnd vbertrettung meynes wortes so ganz vnd gar verderbt!* &c.